fugiendo, nec modo alio quovis evadendo ~~illae~~ sua grā
tiosa personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Orzeszkowa sive Dubaniowska Dębskiemu et aliis cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Praemisliensibus Gnosa Anna Sobolowska primam in olim Ge-
nerosi Francisci Dubaniowski secundum vero nuptiarum adpraesens Ge-
nerosi Alberti Hiacynthi Orzeszko Notarij Castrensis Capitanealis ~~Praemisliensis~~ Leopoliensis
Consors legitima sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus,
Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus rece-
dendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni
quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis ge-
neraliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa
cum praefati Mariti sui assistentia et idoneo ad infrascripta
recognoscenda consensu suo et Gnosarum Euphrosinae et Mariannae
Dubaniowskich praefati olim Gnosi Francisci Dubaniowski filiarum
de quorum rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine de
omni et integro Jure suo videlicet Contractu certo inter praefatum
Gnosum olim Franciscum Dubaniowski priorem maritum suum Re-
cognoscentem et se Recognoscentem ab una ac Admodum Rendum
Joannem à Dęby Dębski Decanum Cathedralem Praemisliensem ra-
tione Arendae Bonorum Pnikut confecto et conscripto Vadio
Duorum Millium Ducentorum Quinquaginta florenorum polon.
firmato et Actis Terrestribus Praemisliensibus roborato eiusque Inscriptio-
ne Roborationis ac bonis eisdem Contractu Arendato # cum omni p-
missorum Jure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa
quavis, omnibusque et singulis Contractus eiusdem ~~Arendae~~ Roborationis
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio ligamentis, ac nexi-
bus in universum omnibus, bonorum quoque praefatorum Utilitatibus
fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, commodis, obventio-
nibus
oneratis

obuentionibus, attinentijsq. et pertinen. generaliter vniuersis. Nihil ex praemissis Iuris dominij, proprietatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae per se Recognoscente suisq. successoribus aut quopiam aliter reseruando seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula per sen. recognita ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsiq. concernebant ac eidem legitime seruiebant. Iam exnunc et de facto Generosis Casimiro Deskli et Annae Strzelka Coniugibus, item Alexandro Gregorski et Mariannae Wypolinska itidem Coniugibus eorumq. posteris Recepta pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus. omneq. et integrum Ius suum totum sibi ad praemissa seruiens in personas eorundem Cessionariorum suorum et eorum Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporauit, prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum, summam ac bona summa eadem onerata praemissaq. omnia praesentibus per se Recognoscen. transfusa, eadem Recognoscens suprascriptis Cessionarijs suis eorumq. posteris iam exnunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq. possessionem per Ministerialem quemcunq. competentem et Nobiles duos die quacunq. voluerint officiose accipiendam. Per ipsos Cessionarios suos, et ipsorum posteros hoc idem Ius praesens cessum atque summam suprascripta praemissaq. omnia per praesentibus transfusa cum vniuersis eorum vtilitatibus et vsufructibus Competentijsq. et praerogatiuis quauis tenendi habendi, et possidendi, illisq. quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos suorumq. successorum quosuis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq. Cessi et transfusi vigore. Debetq. et tenebitur memorata Recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pecun. habitis et haben. praefatis Cessionarijs suis inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eorum successores in dicto Iure Cesso, ac bonis suprascriptis praemissisq. omnibus praesentibus transfusis

factis, et ratione eorundem omnium praesentis abscessorum, ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum Cuiuscunque Conditionis, Status et Sexus Cuiusquis existentium, ex re persona et occasione sui Recognoscentis, ac suorum Successorum Iuris praesentis cessi tantummodo et non ultra exorientis in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemque eum posteris reddere, nec non hoc idem Ius praesentis Cessum, bona praemissaque omnia praesentis transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentis condescensa Cuivis personis modo quocunque iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumque Successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, item etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentis Cessa importatis et importandis: Lucris lehisque et perlucris, processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentis, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumque successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissione praefatam ceram officio praesentis admissam, in fundo eorundem praefatorum, dum per Strenuitatem competentem et nobiles duos officiose requisiverit non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium praesentis transfusorum, quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsosque Cessionarios suos et eorum Successores in praemissis omnibus praesentis condescensis nullo modo iniuriari, ita ut hoc idem Ius Cessum, ac bona, praemissaque omnia praesentis cessa cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, Competentiisque et pertinentiis quavis iidem Cessionarij sui eorumque posteri quiete et pacce

praesentis Inscriptionis

præsentis Inscriptionis Cessionariæ Vigore tenere, habere et possidere queant, illisq[ue] uti frui possint, Idq[ue] Sub Vadio duorum Millium Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicalium, per eandem Recognoscentem sive eius Successores, prænominatis Cessionarijs suis sive illius posteris ob non completionem præmissorum omnium et Singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit, ad solvend[um] succumbend[o]. Nihilominus eadem suprascripta Recognoscens Gnosa Anna Toliolo[wska] debebit et tenebitur, prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq[ue] quibusvis pecuniariis habit[is] et habend[is] prænominatis Cessionarijs suis eorumq[ue] posteris inscribit et obligat præsent[ibus], suprascriptas Gnosas Euphrosinam et Mariannam Dubaniowskie filias sui Recognoscen[tis] postquam adoleverint vel in Cœnobium ingressæ fuerint ad assumend[um] per ipsas Inscriptionem præsentem Cessionariam vel similem suo pro Interesse faciend[am] ad Acta quævis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia deducere et personaliter statuere, ab eisq[ue] vel eorum successoribus ut præmissa debitè exequantur efficere, Idq[ue] sub simili Vadio Duorum Millium Ducentorum Quinquaginta florenorum polon[icalium], per eand[em] Recognoscentem sive eius posteros præfatis Cessionarijs suis aut eorum successoribus ob non statutionem præfatarum Gnosarum Dubaniowskie filiarum sui Recognoscentis sive earum successorum pro tempore et loco superius expresso ad solvend[um] succumbend[o]. Pro quibus quidem Vadio vel Vadijs modo præmisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua præmissis non completa complenda Citata existens Memorata Recognoscens Gnosa Anna Tesliolowska primario olim Gnosi Francisci Dubaniowski secundario vero ad præsens Nuptiarum Alberti Hiacynthi Orzechowski Notarij Castren[sis] Leopolien[sis] consors legitima aut eius Successores, ad Instantiam suprascriptorum Gnosorum Adami Dembski et Annæ Stawska Coniugum, tum Alexandri Dzieg[...] et Mariannæ Wyrwinska itidem Coniugum Cessionariorum suor[um]

sium suorum, vel eorum posterorum # Ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in prima citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, vadium vel vadia praefata luere, Inscriptioni plenitatis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praetend illum primum Terminum peremptorium et alios omnes exinde consequen Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate proc[urator] mandati minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servicio militari, ac munimentaq ad evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus sibi non recipiendo, Nullasq motiones, appellationes, ac earum protectiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq, vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis evadendo Stresua praesenti personali Regnone ad praemissa omnia mediante # ad Officium [illegible] Castren[se] Cap[itanea]le Praemislien[se] [illegible]

Dębski et Grzegorski inscribunt se Sokołowskiey seu Orzeszkowey

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Praemislien[sibus] Gnosi Casimirus Dębski et Alexander Grzegorski Sani mentibus et Corporibus existentes, à Terris Dominibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competen[tibus] recedendo. Praetend vero Castrensi Capitan[eali] Praemislien[si] Iurisdictioni quoad actum hunc abtinet secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo proprio interesse recognouit. Quia ipsi suo et Gnosarum Annae Stawska [illegible] Marianna Wysokinska Consortum suarum nominibus pro quarum [illegible] ad quietationem [illegible] Officio [illegible] Terminos dilationem